



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXXV. De pœnitentia secundum, quòd est uirtus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

bet Ambr.
fer. 8. i. Psal.
118. ad med.
10. 4. reierit
23. cauf. q. 4.
cap. Est imu
fla. & dicit
esse Ambr.

uum prebet delinquendi. Si ergo Deus veniam frequenter prebet per poenitentiam, videtur quod ipse hominibus prebeat incentiuum delinquendi. Et sic videretur delectari in peccatis, quod eius bonitati non congruit. non ergo potest poenitentia iterari.

SED CONTRA est, quod homo inducitur ad misericordiam exemplo diuinae misericordie, secundum illud Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est: sed dominus hanc misericordiam discipulis suis imponit, ut saepius remittant fratribus contra se peccantibus. vnde sicut dicitur Matth. 18. Petro quaerenti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies? respondit Iesus, Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies: ergo etiam Deus saepius per poenitentiam veniam peccantibus prebet, presertim cum doceat nos petere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

RESPON. Dicendum, quod circa poenitentiam quidam errauerunt, dicentes non posse hominem per poenitentiam secundo consequi veniam peccatorum: quorum quidam, scilicet Nonariani hoc intantum extenderunt, ut dicerent post primam poenitentiam, qua agit in baptismo, peccantem non posse per poenitentiam iterato restituere. Alij vero fuerunt haeretici (ut Augustinus, dicit * in li. de poenitentia) qui post baptismum dicebant quidem esse vtilem poenitentiam, non tamen pluries, sed semel tantum. Videntur autem huiusmodi errores ex duobus processisse. Primo quidem ex eo, quod errabant circa rationem verae poenitentiae. Cum enim ad veram poenitentiam charitas requiratur (sine qua non delectur peccata) credebant, quod charitas semel habita non possit amitti, & per consequens poenitentia si sit vera, numquam per peccatum tollatur, ut sic sit necesse eam iterari: sed hoc improbatum est * in secunda parte, ubi ostensum est, quod charitas semel habita propter libertatem arbitrij potest amitti, & per consequens post veram poenitentiam, potest aliquis peccare mortaliter, secundo ex eo, quod errabant circa estimationem grauitatis peccati: putabant enim adeo graue esse peccatum, quod aliquis committit post veniam impetratam, quod non sit possibile ipsum remitti. In quo quidem errabant, & ex parte peccati (quod etiam post remissionem consecutam, potest esse, & grauius & leuius, quam fuerit primum peccatum remissum) & multo magis contra infinitatem diuinae misericordiae, qua superat omnem numerum, & magnitudinem peccatorum, secundum illud Psal. quinquagesimi. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. vnde reprobatur verbum Cain, dicentis Genes. 4. Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear: & ideo misericordia Dei peccantibus, per poenitentiam veniam prebet absque vilo termino: vnde dicitur 2. Para. vlt. Immensa, & inuestigabilis misericordia promissionis tuae super malitiam hominum. vnde manifestum est, quod poenitentia pluries est iterabilis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia apud Iudaeos erat secundum legem quaedam lauacra instituta, in quibus pluries se ab immunditijs purgabant, credebant aliqui Iudaeorum, quod etiam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset. Ad quod excludendum, Apostolus scribit Hebraeis, quod impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, scilicet per baptismum, rursus renouari ad poenitentiam, scilicet

per baptismum, qui est lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, ut dicitur ad Tit. 3. Et rationem assignat, ex hoc, quod per baptismum homo Christo commoritur, unde subditur, rursus crucifigentes sibi metipsum filium Dei.

AD SECUNDVM dicendum, quod Ambr. loquitur de poenitentia solenni, quae in ecclesia non iteratur, ut infra dicitur.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Aug. * dicit in lib. de poenitentia, multos cecos & in diuerso tempore dominus illuminauit, & multos debiles confirmauit, ostendens in diuersis illis eidem saepe peccata dimitti: ut quem prius sanauit leprosum, alio tempore illuminet caecum: ideo enim tot sanauit cecos claudos, & aridos, ne desperet de se peccator. ideo non scribitur aliquem nisi semel sanasse, ut qui libet timeat iungi medicum, medicum se uocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? medicorum est centies infirmum, centies curare: quod ceteris minor esset, si alijs possibilis ignoraret.

AD QVARTVM dicendum, quod poenitere est ante acta peccata desistere, & flenda non committere, scilicet simul duntaxat, vel actu vel proposito. Ille enim est irrisor & non poenitens, qui simul dum poenitet, agit quod poenitet, vel proponit iterum se facturum quod gessit, vel etiam actualiter peccat eodem vel alio genere peccati. Quod autem aliquis postea peccat, vel actu vel proposito, non excludit quin prima poenitentia vera fuerit: numquam enim ueritas prioris actus excluditur per actum contrarium subsequenter: sicut enim uere occurrit, qui postea sedet, ita uere poenituit, qui postea peccat.

AD QVINTVM dicendum, quod baptismus habet uirtutem expiationis Christi, sicut quaedam spiritalis generatio cum spiritali morte praecedentis uitae. Statutum autem est hominibus semel mori, & semel nasci: & ideo semel tantum debet homo baptizari: sed poenitentia habet uirtutem expiationis Christi, sicut spiritalis medicatio, quae frequenter iterari potest.

AD SEXTVM dicendum, quod secundum Augustinum * in libro de poenitentia, constat Deo multum displicere peccata, qui semper presto est ea destruere, ne soluantur quod creauit, nec corrumpatur, quod amauit, scilicet per desperationem.

QVAESTIO LXXXV.

De sacramento poenitentiae secundum quod est uirtus, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de poenitentia, secundum quod est uirtus.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

- ¶ Primo, Vtrum poenitentia sit uirtus.
- ¶ Secundo, Vtrum sit uirtus specialis.
- ¶ Tertio, sub qua specie uirtutis contineatur.
- ¶ Quarto, De subiecto eius.
- ¶ Quinto, De causa ipsius.
- ¶ Sexto, De ordine eius ad alias uirtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum poenitentia sit uirtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod poenitentia non sit uirtus. Poenitentia enim est quoddam sacramentum alijs sacramentis connumeratum

in li. de ueris & falsis poenitent. c. 5. tom. 4.

in li. de ueris & falsis poenitent. c. 5. no longe a pri. tom. 4.

4. dist. 4. q. 1. art. 1. q. 1. ad 2. & ad 3. & ad 4. 2. 8. 4.

ut

ARTICVLVS II.

Vtrum poenitentia sit specialis virtus.

Super quast. octua gesimaquinta Ar- ticulum secundū.

Dvbiūm occur- rit magnū cir- ca materiā hu- ius secundi articuli, an poenitentia vir- tus, sit vere proprie vna specialis virtus distincta a ceteris vir- tutibus. Et est ratio dubij non sola vari- etas opinionum, sed quoniam vrin- que ratio urget. Nā- quod sit vna virtus distincta ab aliis, Au- ctoris ratio in litera concludit, dicens, ope- rari ad deletionem peccati prateriti: in- quantum est offensa Dei, per quamdam re- compensationem, ha- bet specialem ratio- nem actus laudabi- lis non pertinentem ad rationem alterius virtutis, ergo poeni- tentia, cui iste actus attribuitur, est spe- cialis virtus. Ad par- tem autem negatiua urget duplex ratio vna ex propriis quia nulla virtus exigit aut praexigit habentem ipsam sub illius contrario, sed panite- tia praexigit poenite- tentem fuisse sub pec- cato, quod contraria- tur poenitentiae, ergo poenitentia non est specialis virtus.

Et haec ratio con- uincit intellectum meum. Quae & con- firmatur, quia virtu- tum femina sunt ita nobis infusa, ut pos- sint a nobis acquiri cum auxilio diuino, & recta ratione, &c. ut non sit necesse nos peccare: si omnes ha- bendae sunt uirtutes in actu, sed ad poeni- tentiae uirtutem ha- bendam in actu im- possibile est nos per- uenire, nisi peccatum interueniat, igitur nō est uirtus specialis. nec euaditur haec cō- firmatio ex hoc, quod poenitentia ponere- tur uirtus non acqui- sita, sed infusa, quo- niam simile est de u- trisque iudicium, quo ad hoc, quod non o- portet peccare, ut uirtutes habeamus in actu. Et confirma- tur iterum ex parte subiecti, quia in Chri- sto fuerunt omnes uirtutes, & tamen in ipso non fuit panite- tia.

Altera ratio est, ex parte

vt ex supradictis patet: sed nullum aliud sacramen- torum est uirtus, ergo neque poenitentia est uirtus. ¶ 1. Præter. Secundum Philosophum 4. Ethic. uerecū- dia non est uirtus: tum, quia est passio habens cor- poralem immutationem: tum etiam, quia non est di- spositio perfecti, cum sit de turpi actō, quod non habet locum in homine uirtuoso: sed similiter poe- nitentia est quaedam passio habens corporalem im- mutationem, s. ploratum (sicut Greg. dicit, qd poeni- tere est peccata, que non habent locum in homi- ne uirtuoso, ergo poenitentia non est uirtus. ¶ 3. Præter. Secundum Philosophum 4. Ethic. nullus est stultus eorum, qui sunt secundum uirtutem: sed stultum uidetur dolere de commisso praterito, qd non potest non esse, quod tamen pertinet ad poeni- tentiam, ergo poenitentia non est uirtus.

SED CONTRA est, quod præcepta legis dantur de actibus uirtutum: quia legislator intendit ciues fa- cere uirtuosos, ut dicitur 2. Ethic. sed præceptum di- uinae legis est de poenitentia, secundum illud Matth. quarto. Poenitentiam agite, &c. ergo poenitentia est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex dictis * pa- tet, poenitere est de aliquo prius a se facto dolere. Di- ctum est autem supra qd quod dolor uel tristitia du- pliciter dicitur. uno modo, secundum quod est pas- sio quaedam appetitus sensitui, & quantum ad hoc poenitentia non est uirtus, sed passio. Alio modo, se- cundum quod consistit in uoluntate, & hoc modo est cum quadam electione, quae quidem si sit recta, necesse est, quod sit actus uirtutis: * dicitur enim se- cundo Ethicor. quod uirtus est habitus electiuus, se- cundum rationem rectam. pertinet autem ad ratio- nem rectam, ut aliquis doleat, de quo dolendum est, & eo modo & sine, quo dolendum est: quod quidem obseruatur in poenitentia, de qua nunc loquimur: nam poenitens assumit moderatum dolorem de pec- catis prateritis, cum intentione remouendi ea. unde manifestum est, qd poenitentia, de qua nunc loqui- mur, uel est uirtus, uel actus uirtutis.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd (sicut dictum est *) in sacramento poenitentiae materialiter se ha- bent actus humani: quod non contingit in baptismo uel confirmatione: & ideo cum uirtus sit principiu alicuius actus, potius poenitentia est uirtus uel cū vir- tute, quam baptismus seu confirmatio.

AD SECUNDVM dicendum, quod poenitentia secundum quod est passio, non est uirtus, ut dictum est, * sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam: est tamen uirtus, secundum quod ha- bet ex parte uoluntatis electionem rectam: quod tamen magis potest dici de poenitentia quam de ue- recundia. nam uerecundia respicit turpe factum ut praesens, pro quo timer confundi: poenitentia uero ut prateritum, est autem contra perfectionem uirtutis, quod aliquis in praesenti habeat turpe fa- ctum, de quo oporteat eum uerecundari: non est autem contra perfectionem uirtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oporteat eum poenitere, cum ex uirtuoso fiat aliquis uir- tuosus.

AD TERTIVM dicendum, qd dolere de eo, qd prius factum est, cum intentione conandi ad hoc, quod fa- ctum non fuerit, esset stultum. Hoc autem non intē- dit poenitens, sed dolor eius est displicētia seu repro- batio facti prateriti cum intentione remouēdi seque- lam ipsius, scilicet offensam Dei, & reatum poenae: & hoc non est stultum.

AD SECUNDVM sic pro- ceditur. Videtur, qd poeni- tentia non sit specialis virtus, eius- dem enim rationis uidetur esse gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis: sed gaudium de bono prius facto, nō est specialis virtus, sed est quidam affectus laudabilis ex charitate p- ueniens, ut patet per Aug. 14. de Ciuitate Dei. unde & Apostolus primē ad Corinth. decimotertio. dicit, quod charitas non gaudet super iniquitate, cōgaudet autem ueritati, ergo pari ratione nec po- nitentia, quae est dolor de pecca- tis prateritis, est specialis uirtus, sed est quidam affectus ex chari- tate proueniens.

¶ 2. Præter. Quaelibet uirtus specialis habet materiam specialem: quia habitus distinguuntur p actus, & actus per obiecta: sed poeniten- tia non habet materiam specialem: sunt enim eius materia peccata praterita circa quamcumq; ma- teriam. ergo poenitentia non est specialis uirtus.

¶ 3. Præter. Nihil expellitur, nisi a suo contrario: sed poenitentia expellit omnia peccata, ergo con- trariatur omnibus peccatis, non ergo est specialis uirtus.

SED CONTRA est, quod de ea datur speciale legis præceptum, ut supra habitum est. *

RESPON. Dicendum, quod (sicut in secunda parte habitum est *) species habituum distin- guuntur secundum species actuum: & ideo ubi occurrit specialis ac- tus laudabilis, ibi necesse est po- nere specialem habitum uirtutis. manifestum est autem, quod in poenitentia inuenitur specialis ra- tio actus laudabilis, scilicet ope- rari ad destructionem peccati prateriti, inquam est Dei offen- sa, quod non pertinet ad rationē alterius uirtutis. unde necesse est ponere, quod poenitentia est spe- cialis uirtus.

AD PRIMVM ergo dicen- dum, quod a charitate deriuat- tur aliquis actus dupliciter: uno modo sicut ab ea elicitus. & ta- lis actus uirtuosus non requirit aliam uirtutem præter charita- tem: sicut diligere bonum, gau- dere de eo, & tristari de oppo- sito. Alio modo aliquis actus a charitate procedit, quasi a chari- tate imperatus: & sic quia ipsa im- perat omnibus uirtutibus (ut po-

Lib. 14. e. 7. 2 med. tom. 5.

q. præced. ar. 5. & 7.

s. 2. q. 54. ar. 1. ad 1. & ar. 2.

Greg. ar. 1. q. 2. 3. & 4.

Lib. 14. e. 7. 2 med. tom. 5.

q. præced. ar. 5. & 7.

s. 2. q. 54. ar. 1. ad 1. & ar. 2.

q. præced. ar. 5. & 7.

s. 2. q. 54. ar. 1. ad 1. & ar. 2.

q. præced. ar. 5. & 7.

parte obicit: quia scilicet obiectum hoc scilicet offensa, ut re-

pote ordinans eas ad finem suum) actus a charitate procedens potest etiam ad aliam specialem uirtutem pertinere. si ergo in actu poenitentis consideretur sola displicentia peccati praeteriti, hoc immediate ad charitatem pertinet, sicut & gaudere de bonis praeteritis: sed intentio operandi ad deletionem peccati praeteriti, requirit specialem uirtutem sub charitate.

AD SECVNDVM dicendum, quod poenitentia habet quidem realiter generalem materiam, in quantum respicit omnia peccata: sed tamen sub ratione speciali, in quantum scilicet sunt emendabilia per actum hominis cooperantis Deo ad suam iustificationem.

AD TERTIVM dicendum, quod qualibet uirtus specialis formaliter expellit habitum uirtutis oppositi: sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subiecto: sed poenitentia expellit omnem peccatum effectiue, in quantum operatur ad destructionem peccati, prout est remissibile ex diuina gratia homine cooperante, unde non sequitur, quod sit uirtus generalis.

Ad euidenciam huius difficultatis recolendum est, quod non uertitur in dubium, an actus poenitentiae sit actus laudabilis & uirtuosus: sed an exigat uirtutem specialem, ita quod habitus eius sit uirtus distincta a reliquis uirtutibus. Et mihi quidem uidetur, quod non sit uirtus distincta propter primas rationes allatas ex parte subiecti, sed quod actu, poenitentia est actus religionis: quod ut clarius percipiatur, distingue duos actus poenitentiae: alterum, ad recompensandum offensam alterum, ad recompensandum indulgentiam, nam peccando, & Deum offendimus, & nobis plus indulsimus, quam fas erat, & primum quod est praecipuum in poenitentia, uocatur satisfacere quod ad culpam, sed in satisfacere quod ad penam. Horum autem actuum (ut ex his quae inter homines uidemus ad diuinam ascendamus) primus consistit in tribus, scilicet displicentia de offensa, confessione peccati, & submissione sui ad offensum: cum his enim tribus recurrit homo ad hominem pro uenia. Et si his non placatur offensus, nulla restat reuera uia obtinendi reconciliationem offensi. Secunda autem satisfactio consistit in luendo poenam, ut clare patet. Ex his autem ad diuinam reconciliationem ascendendo, eadem tria sufficere credimus ad diuinam misericordiam prouocandam. Horum autem nullum aliam uirtutem quam charitatem religionemque requirit, nam displicentia offensa in Deum, actus est charitatis cuius est gaudere, & complacere in bono diuino. Confessio autem peccati non solum exterior, sed etiam interior, actus

est religionis abique alia uirtute media imperatus rationi, cuius est enumerare peccatum. Submissio autem sui ad Deum, religionis actus est, nec aliquid addit ratio poenitentiae, nisi causam, scilicet pro offensa, sicut ratio gratitudinis addit pro beneficio. Et patet batur ratione, quia religionis actus est quod excellentiam diuinam, nostramque subiectionem ad Deum profitemur: sed uterque istorum actuum scilicet interior confessio, & uoluntaria submissio in utriusque professione consistit. Nam qui confitetur Deo aduersus se in uultu submittendo se & confessione & submissione subiectionem suam facit, simul & excellentiam diuinam, cui se submittit, cuius excellentissima omnipotentia parcendo manifestatur, cuique proprium est mitteri semper, & parere.

ARTICVLVS III.

Utrum uirtus poenitentiae sit speciei iustitiae.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod uirtus poenitentiae non sit speciei iustitiae. Iustitia enim non est uirtus theologica, sed moralis, ut in secunda parte patet: poenitentia autem uidetur esse uirtus theologica, quia habet Deum pro obiecto: iatisfacit enim Deo, cui etiam reconciliat peccatorem. ergo uidetur, quod poenitentia non sit speciei iustitiae.

¶ 2 Preter. Iustitia cum sit uirtus moralis consistit in medio: sed poenitentia non consistit in medio, sed in quodam excessu, secundum illud Hierem. 6. Luctum unigeniti fac tibi plandum amarum. ergo poenitentia non est speciei iustitiae.

¶ 3 Preter. Duae sunt speciei iustitiae (ut dicitur in quinto Ethicorum *) scilicet distributiva & commutativa: sed sub neutra uidetur poenitentia contineri: ergo uidetur quod poenitentia non sit speciei iustitiae.

¶ 4 Preter. Sup illud Luc. sexto Beati qui nunc fletis, dicit gl. * ecce

guimus Auctorem, quoniam uerum est, poenitentiam esse speciem uirtutis, latiori uocabulo utendo. Nec hoc mirum uidetur aliqui: aut noui in doctrina Auctoris, quoniam in praecedenti libro simile quid apparet, dum posita est uirginitas specialis uirtus, quae tamen non est, nisi religio determinata ad tantam excellentem materiam. Reliquus uero actus poenitentiae scilicet iatisfacere quod ad poenam, potest poni actus religionis imperatus mediante uirtute uindicatae iustitiae participatae in subditio. ita quod peccator puniat se quasi in iudicio Dei uindicantis. Potest etiam poni actus religionis immediate, pro quanto religio ipsa debet poenam exoluit, ut participatur satisfactio debita a filio seruoque domino ac patri: hoc enim iustum secundum quid religio attendit inter hominem & Deum, cum iustum simpliciter esse nequeat.

Potes autem percipere hanc quoque satisfactionem spectare ad religionem, ex eo quod nonnullus cultus est diuinae excellentiae ex nostra subiectione, ut uoluntarie huiusmodi poenas offeram ei pro usurpatis contra aut praeter uoluntatem diuinam. Et haec de hac difficultate dicta sufficiant: prosequemur in sequentibus tractatum de poenitentia, ea dicendo quae stant cum utraque opinione. si quod poenitentia sit una uirtus per se distincta a reliquis, & quod poenitentia coincidat cum religione totaliter aut principaliter, & cum iustitia forte uindicata seu commutativa, quod ad actum secundarium.

Super quaestione octuagesima prima articulum tertium.

IN articulo tria aduertenda occurrunt. primum est de actu poenitentiae, an contineatur sub commutativa iustitia. Secundum est, an consistat in commutativa iustitia.

Tertium est, an reddat, & quale simpliciter, uel secundum acceptationem Dei tantum. Et primum quidem per Scotum, qui in 4. sent. dist. 14. q. 2. posuit actum poenitentiae esse actum iustitiae puniuius, quae distinguitur contra iustitiam commutativam: tenent enim poenitentem, ut ministrum iudicis punire se, ut culpa ordinetur per poenam, ac per hoc cum actus iudicis sit uindicare, seu uelle in-

Marginal notes in the right margin, including references to 'Intra 4. cor.', '4. dicitur', '1. sent. 4. d. 14. q. 2.', 'Ethic.', 'L. 6. Ethic.', '4. d. 14. q. 2.', 'Glo. ordinaria ibid.', and '4. d. 14. q. 2.'.

infigere penam pro peccato, qui est actus iustitiae vindictivae, item actus erit in poenitente, tamquam exequente contra se ipsum vindictivae a iudice statutam. Secundum vero dubium motum est propter Durand. distinctione 24 articulo 2. ubi ponit poenitentiam esse idem quod iustitia commutativa: quia ordinat hominem ad alterum, sicut Deum in ratione debiti propter offensam. Verum autem moveretur propter Scot. ubi supra qualio. 3. tenentem, quod aequale ex natura rei possit reddi, ita quod poena esset aequalis culpa, ut sic culpa sufficienter ordinatur propter poenam. Ad horum evidentiam notandum est primo, quod Auditor loquitur de poenitentia, ut est recompensatio Deo, tam pro culpa quam pro poena. Scotus vero solum poenitentiam rationem habuit nec posuit poenitentiam ad reconciliandum Deum offensum, sed solummodo ad puniendum culpam commissam. unde adverte secundo, quod Auditor posuit poenitentem, ut alterum extremum respectu Dei: Scotus vero posuit poenitentem in utroque extremo dum ponit ipsum ex una parte, ut ministrum iudicis vindicantem, & ex altera parte ponit ipsum ut ream, in qua sit iudicatus, constituendo equalitatem poenae ad culpam, & propterea non est mirum, si uaria dicantur ab istis. Verum u diligentius perspectum fuerit, & praecipuus poenitentiae actus consideratus fuerit, apparebit quod prima poenitentiae intentio est operari ad reconciliationem offensum per recognitionem peccati, & submissionem sui, iuxta illud, Dixi, confitebor aduersum me in iustitiam meam domino, & tu remisi mihi impietatem peccati mei. ubi impie-

prudencia, qua ostenditur, quam haec terrena sint misera, & quam beata caelestia: sed si recte actus poenitentiae, ergo poenitentia magis est species prudentiae, quam iustitiae. SED CONTRA est, quod Aug. * dicit in lib de poenitentia, Poenitentia est quaedam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commississe: sed vindictam facere pertinet ad iustitiam: unde Tullius * in sua Rhetorica ponit vindictivam unam speciem iustitiae, ergo videtur, quod poenitentia sit species iustitiae. RESPONDEO Dicendum, quod (sicut supra dictum est) poenitentia non habet, quod sit virtus specialis ex hoc solo, quod dolet de malo perpetrato (ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex eo, quod poenitens dolet de peccato commisso, in quantum est offensae Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensae contra aliquem commissae, non fit per solum cessationem offensae, sed exigit ulterius quaedam recompensatio, quae habet locum in offensum in alterum commissis, sicut & retributio, nisi quod recompensatio est ex parte eius, qui offendit (utpote cum satisfactione) retributio autem est ex parte eius, in quem est offensae commissa. Vtrumque autem ad materiam iustitiae pertinet: quia utrumque est commutatio quaedam. unde manifestum est, quod poenitentia secundum quod est virtus, est pars iustitiae, sciendum tamen est, quod secundum Philosophum * in 5. Ethicorum dupliciter dicitur iustum, scilicet simpliciter & secundum quid. simpliciter quidem iustum, est inter aequales, eo quod iustitia est aequalitas quaedam, quod ipse uocat iustum politicum uel civile, eo quod omnes ciues aequales sunt, quantum ad hoc, quod immediate sunt sub principe, sicut liberi existentes. Iustum autem d secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorum unus est sub potestate alterius: sicut seruus sub domino, filius sub patre, uxor sub uiro. Et tale iustum consideratur in poenitentia. unde poenitens recurrit ad Deum, cum emendationis proposito, sicut seruus ad dominum, secundum illud Psalm. 122. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. & sicut filius ad patrem, secundum

illud Luc. 15. Pater peccavi in caelum & coram te. & sicut uxor ad uirum, secundum illud Hier. 3. Fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuerte ad me, dicit dominus. AD PRIMUM ergo dicendum, quod (sicut in 5. Ethic. * dicitur) iustitia est uirtus ad alterum. Ille autem, ad quem est iustitia, non dicitur esse materia iustitiae, sed magis res quae distribuuntur, uel commutantur: unde & materia poenitentiae non est Deus, sed actus humani quibus Deus offenditur uel placatur: sed Deus se habet, sicut ille, ad quem est iustitia. Ex quo patet, quod iustitia non est uirtus theologica: quia non habet Deum pro obiecto, sed materia. AD SECUNDUM dicendum, quod medium iustitiae est aequalitas, quae constituitur inter illos, inter quos est iustitia, ut dicitur in 5. Ethic. * In quibusdam autem non potest perfecta aequalitas constitui propter alterius excellentiam: sicut inter patrem & filium, inter Deum & hominem, ut Philosophus, * dicit in 8. Ethic. unde in talibus ille, qui est deficiens, debet facere quicquid potest. nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter, sed solum secundum acceptionem superioris. & hoc significatur per excessum, qui attribuit poenitentiae. AD TERTIUM dicendum, quod sicut est commutatio quaedam in beneficiis (cum scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ita etiam est commutatio in offensis, cum aliquis pro offensa in alterum commissae, uel inuitus punitur, quod pertinet ad vindictivam iustitiam, uel uoluntarie recompensat emendam, quod pertinet ad poenitentiam, quae respicit personam peccatoris, sicut iustitia vindictivae personam iudicis. unde manifestum est, quod utraque sub iustitia commutativa continetur. AD QUARTUM dicendum, quod poenitentia licet sit directe species iustitiae, comprehendit tamen quodammodo ea, quae pertinent ad omnes uirtutes. in quantum enim est iustitia quaedam hominis ad Deum, oportet quod participet ea, quae sunt uirtutum theologiarum, quae habent Deum pro obiecto. unde poenitentia est, cum fide passionis Christi, per quam iustificamur a peccatis, & cum spe uenig, & cum odio uitiorum, quod pertinet ad charitatem. in quantum uero est uirtus moralis, participat aliquid prudentiae, quae est directiua omnium moralium uirtutum: sed ipsa ratione

tatem dixit, non poenam monstrans per hoc, quod huiusmodi sui ipsius accusatio apud Deum remissioni offensae cooperatur, ut pote ad illa ordinata. Et hinc sequitur, quod poenitens, ut poenitens, non tenet personam ministri & rei: sed rei tantummodo non puniendi tantum, sed principalis reconciliandi per proprium opus ad diuinam misericordiam accedentis. Unde ad primum dubium dicitur, quod licet poenitentia quo ad actum secundarium, qui est solutio poenae, sit forte actus iustitiae vindictivae, quia tamen uindicta sit secundum aequale iustitiae commutativae, ex hoc ipso non excluditur iustitia commutativa, sed includitur, sicut genus includitur in specie: nec enim aliter distinguitur uindictiua contra commutativam, nisi sicut species distinguitur a genere. Ad secundum uero dubium dicitur quod cum inter Deum & hominem non sit iustum simpliciter: sed secundum quid, non uidetur erudite dictum, quod poenitentia coincidit cum iustitia absolute. Nec ratio allata hoc infert: quoniam oportet addere, quod reddi debet aequale, quod hic non saluatur. Ad tertium autem dicitur puto, quod in aequo laboramus, quoniam nos de aequali ad totum quod debetur ex peccati ratione, loquimur, & dicimus non posse reddi aequale Deo. Ille uero de aequali ad solum poenam temporalem, quae post reconciliationem soluenda restat, loqui uidetur, quam aequalitate fieri posse non uidetur negandum. cum Iob dicat, Vtinam appenderetur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris, haec grauior apparetur.

* li. 5. ca. 1. no longe a hinc co. 5.
* li. 5. ca. 2. & 3. fo. 3.
* li. 8. ca. 1. 5.

iustitie non solum habet id quod iustitie est, sed etiam ea que sunt temperantia & fortitudinis, in quantum scilicet ea, que delectationem causant, ad temperantiam pertinent, uel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in commutationem iustitie ueniunt. & secundum hoc ad iustitiam pertinet, & abstinere a delectabilibus, quod pertinet ad temperantiam & sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

Super questionis octauae simaginta articulum quartum

In articulo intellige nouitiam, quod iustitia est uoluntas ius suum unicuique tribuens, ita poenitentia est uoluntas tribuens Deo ius suum pro peccato contra eum commissum. est enim (sive sit idem quo i. religio. sive non) talis uoluntas: quoniam pars est iustitie, que in actu uoluntatis consistit. Red dicit autem poenitentia Deo ius suum pro offensa, confitendo, detestando, ac submitiendo se peccato. Deo ius suum: hoc enim est, equale secundum quid, quod ab nomine reddi potest: quo ad poenam uero attingendo se.

4. di. 14. q. 3. ar. 3. q. 1. per to. & q. 5. 4. cor.

In li. de ne. ra & falsi poenit. c. 8. a medio. 10. 4.

ca. 10. 2.

Ar. preced. 1. 2. q. 56. ar. 6.

ARTICVLVS IIII.

Utrum uoluntas sit proprie subiectum poenitentia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod subiectum poenitentia non sit proprie uoluntas. Poenitentia enim est tristitia species: sed tristitia est in concupiscibili, sicut & gaudium. ergo poenitentia est in concupiscibili.

¶ 2 Præ. Poenitentia est uindicta quaedam sicut Aug. * dicit in li. de poenitentia: sed uindicta uidetur ad irascibilem pertinere, quia ira est appetitus uindictæ. ergo uidetur, quod poenitentia sit in irascibili.

¶ 3 Præ. Præteritum est proprium obiectum memoria, secundum Philosophum * in lib. de Memoria: sed poenitentia est de præterito, ut dictum est ergo poenitentia est in memoria sicut in subiecto.

¶ 4 Præ. Nil agit ubi non est: sed poenitentia excludit peccatum ab omnibus uiribus animæ. ergo poenitentia est in qualibet uiribus, & non in uoluntate tantum.

SED CONTRA. Poenitentia est sacrificium quoddam, secundum illud psalm. 50. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: sed

offerre sacrificium est actus uoluntatis, secundum illud psalm. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. ergo poenitentia est in uoluntate.

RESPONDEO. Dicendum, quod de poenitentia dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quod est passio quaedam: & sic cum sit species tristitie, est in concupiscibili sicut in subiecto. Alio modo, secundum quod est uirtus: & sic, sicut dictum est, * est species iustitie. Iustitia autem (ut in secunda parte habitum est) habet pro subiecto appetitum rationis, qui est uoluntas: unde manifestum est, quod poenitentia, secundum quod est uirtus, est in uoluntate sicut in subiecto, & proprius eius actus est propositum emendandi Deo illud, quod contra eum commissum est.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de poenitentia, sicut, quod est passio.

AD SECVNDVM dicendum, quod uindictam appetere ex passione de alio, pertinet ad irascibilem: sed appetere uel facere uindictam ex ratione de se uel de alio, pertinet ad uoluntatem.

AD TERTIVM dicendum, quod memoria est uis apprehensiuæ præteriti poenitentia autem non pertinet ad uis apprehensiuam, sed ad appetitiuam, quæ præsup-

ponit actum apprehensiuum, unde poenitentia non est in memoria: sed præsupponit eam.

AD QVARTVM dicendum, quod uoluntas (sicut in prima parte habitum est *) mouet omnes alias potentias animæ: & ideo non est inconueniens, si poenitentia in uoluntate existens, aliquid in singulis potentias animæ operetur.

ARTICVLVS V.

Utrum principium poenitentia sit ex timore.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur, quod principium poenitentia non sit ex timore. poenitentia enim incipit in displicentia peccatorum: sed hoc pertinet ad charitatem, ut supra dictum est. * ergo poenitentia magis oritur ex amore, quam ex timore.

¶ 2 Præ. Ad poenitentiam homines prouocantur per expectationem regni caelestis, secundum illud Matth. 3. & 4. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum: sed regnum caelorum est obiectum spei. ergo poenitentia magis procedit ex spe, quam ex timore.

¶ 3 Præ. Timor est quidam actus interior hominis poenitentia autem non uidetur in nobis esse ex opere hominis, sed ex opere Dei, secundum illud Hier. 31. postquam conuertisti me, egi poenitentiam. ergo poenitentia non procedit ex timore.

SED CONTRA est, quod Isa. 26. dicit, sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis. sic factus sumus, sicut per poenitentiam. & postea subditur secundum aliam litteram. A timore tuo domine concepimus, & quasi parturimus, & peperimus spiritum salutis, id est, poenitentia salutaris; ut per præmissa patet. * ergo poenitentia procedit ex timore.

RESPONDEO. Dicendum, quod de poenitentia loqui possumus dupliciter. uno modo quantum ad habitum: & sic immediate a Deo infunditur sine nobis principali ter operantibus, non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. alio modo possumus loqui de poenitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti in poenitentia cooperamur. quorum actuum primum principium est Dei operatio conuertentis cor, sicut illud Thren. ultim. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur: secundus actus est motus fidei; tertius est motus timoris seruilis, quo quis timore suppliciorum a peccatis retrahitur: quartus actus

Super questionis octauae simaginta articulum quintum & sextum.

In art. 5. & 6. simul ne fallaris nouitiam intelligens, actus, quibus Deo in poenitentia cooperantur esse actus procedentes a uirtute poenitentia. Hoc in falsum est cum nullus actus illi, scilicet qui sine charitate esse possunt, præcedant poenitentiam, ut est uirtus & tamen sunt actus boni, quibus Deo cooperantur ad poenitentiam consequendam.

Nec te turber actus timoris seruilis, quoniam pro timore poenitentiam sumitur, & est bonus, & non pro timore poenitentiam tantum.

In eodem articulo 6. dubium occurrit ex Scot. & Durand. an poenitentia sit uirtus acquisita. Nam Scotus ubi supra, questio. 3. tenet poenitentiam esse uirtutem acquisitam, quia uoluntas ex frequentatis actibus poenitentia potest generare in se habitum inclinatum ad similes actus, & ille erit uere uirtus: quia res similes rationi consonus. Et amplius sentit, quod potest esse informis: quia potest manere cum peccato mortali. Durand. autem ubi supra negat ipsam esse uirtutem infusam, quia nulla talis est præter theologicas.

Ad huius evidentiam sciendum est, quod esse uirtutem infusam, contingit dupliciter, uel per se, uel per accidens. Per se quidem uirtus infusa est, quæ nec ex natura, nec ex acquisitione, sed sola infusione haberi potest, ut charitas. Per accidens autem rem est, quæ ex suo genere nata est acquiri, sed accidit quod in hoc sit infusa, ut cum

ex q. 5. ar. 4.

ca. 10. 2.

ca. 10. 2.

cum Deus infantie aliquid habitum scientie moralis vel naturalis, aut habitum temperantiae seu fortitudinis. Rursum sciendum est, quod aliud est habere aliquem habitum electivum secundum rationem rectam, & aliud est habere similem habitum secundum rationem virtutis, ubi gratia, aliud est habere habitum amoris, acquiruntur ex frequentibus actibus amandi Deum, & proximum etiam secundum regulas fidei, & aliud est habere virtutem charitatis, habere enim virtutem charitatis, est habere habitum infusum, dividendum filios Dei a filiis perditionis, habere autem habitum acquisite charitatis non est habere huiusmodi virtutem, quae est donum Dei ut ex se patet. His praemissis dicitur, quod poenitentia, est per se virtus infusa, quantumcumque ex frequentibus poenitentibus actibus similis habitus generari possit, inquam tamen pervenit ad plenam rationem virtutis poenitentiae, quia nunquam pervenit ad hoc, quod sit donum reconcilians Deo offenso. Quod autem poenitentia sit virtus per se infusa, ex eo patet, quod omnes illae virtutes, quae ex suo genere ordinantur hominem secundum statum vitae gratiae, sunt ex suo genere infusae: ut pote excedentes statum vitae, quae est secundum naturam & rationem naturalem: sed virtutem poenitentiae, constituat statum vitae, quae est secundum gratiam Dei per vine relictam & religionem, ut est circa sacramentum, circa venerationem Dei, unius & trini, &c. Unde apparet falsum esse solas theologicas virtutes esse infusas, & virtutem poenitentiae posse esse infusam seu cum peccato mortali, optime, quae auctor dixisse, quod actus & habitus charitatis simul sunt in actu & habitu poenitentiae, cum iustificat impius. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

est motus spei; quo quis sub spe veniae consequendae assumit propositum emendandi. quintus actus est motus charitatis, quo alii cui peccatum displicet, secundum seipsum, & non iam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reverentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert. Sic igitur patet, quod actus poenitentiae a timore servili procedit, sicut a primo motu affectus ad hoc ordinato, a timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum primo incipit homini displicere (maxime peccatori) propter supplicia, quae respicit timor servilis, quam propter Dei offensam vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

AD SECVNDVM dicendum, quod in regno celorum appropinquante intelligitur aduentus regis, non solum praemiantis, sed etiam punientis, unde & Matth. 3. Ioannes baptista dicebat, Progenies uiperarum, quis demonstrabit vobis fugere a uentura ira?

AD III. dicendum, quod ipse est motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. unde dicitur Deut. 3. Quis det eos talē habere mentem, ut timeant me, & ideo pro hoc, quod poenitentia a timore procedit, non excludit quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

ARTICVLVS VI.

Utrum poenitentia sit prima uirtutum.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur, quod poenitentia sit prima uirtutum: quia super illud Mat. 3. Poenitentiam agite, dicit gl. *Prima uirtus est, per poenitentiam punire ueterem hominem, & uitia odisse.

¶ 2. Praet. Recedere a termino, prius esse uidetur, quam accedere ad terminum: sed omnes aliae uirtutes pertinere uidentur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) poenitentia autem uidetur ordinari ad recessum a malo, ergo poenitentia uidetur esse prior omnibus aliis uirtutibus.

¶ 3. Praet. Ante poenitentiam est peccatum in anima: sed simul cum peccato nulla uirtus animae inest, ergo nulla uirtus est ante poenitentiam: sed ipsa uidetur esse prima,

quae aliis aditum aperit, excludendo peccatum. SED CONTRA est, quod poenitentia procedit ex fide, spe, & charitate, sicut iam dictum est. * non ergo est poenitentia prima uirtutum.

RESPON. Dicendum, quod in uirtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitum: quia cum uirtutes sint connexae (ut in secunda parte habitum est *) omnes simul incipiunt esse in anima: sed dicitur una earum esse prior altera ordine naturae, qui consideratur ex ordine actuum, secundum quod actus unius uirtutis praesupponit actum alterius uirtutis, secundum hoc igitur dicendum est, quod actus quidam laudabiles etiam tempore procedere possunt actum, & habitum poenitentiae, sicut actus fidei & spei in fornicium, & actus timoris seruili. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tempore, cum actu & habitu poenitentiae, & cum habitibus aliarum uirtutum. nam sicut in secunda parte habitum est, * in iustificatione impii simul est motus liberi arbitrii in Deum, (qui est actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrii in peccatum, qui est actus poenitentiae, horum tamen duorum actuum, primus naturaliter praecedit secundum, nam actus uirtutis poenitentiae est contra peccatum ex amore Dei, unde primus actus est ratio & causa secundi. Sic igitur poenitentia non est simpliciter prima uirtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturae: quia secundum ordinem naturae simpliciter praecedunt ipsae uirtutes a theologice, sed quantum ad aliquid est prima inter ceteras uirtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impii: sed ordine naturae uidentur esse aliae uirtutes priores, sicut quod est per se est prius eo, quod est per accidens. nam aliae uirtutes, per se uidentur esse necessarie ad bonum hominis, poenitentia autem supposito quodam peccato praesistente, sicut etiam dictum est * circa ordinem sacramenti poenitentiae ad alia sacramenta praedicta.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod gl. illa loquitur quantum ad hoc, quod actus poenitentiae primus est tempore inter actus aliarum uirtutum moralium. AD SECVNDVM Dicendum, quod in motibus successiuis recedere a termino, est prius tempore quam peruenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem causae materialis: sed secundum ordinem causae agentis, & finalis, prius est peruenire ad terminum, hoc enim est quod primo agens intendit, & hic ordo praecipue attenditur in actibus anime, ut dicitur in 2. physico.

AD TERTIVM Dicendum, quod poenitentia aperit aditum uirtutibus, expellendo peccatum per uirtutem fidei & charitatis, quae sunt naturaliter priores: ita tamen aperit eis aditum, quod ipsae simul intrant cum ipsa, nam in iustificatione impii simul cum motu liberi arbitrii in Deum & in peccatum, est remissio culpae & infusio gratiae, cum qua simul infunduntur omnes uirtutes, ut in secunda parte habitum est. *

QV AESTIO LXXXVI.

De effectu poenitentiae quo ad mortaliu peccatorum remissionem, in sex articulos diuisa.

ET INDE considerandum est de effectu poenitentiae. Et primo, quantum ad remissionem peccatorum mortalium, secundo, quantum ad remissionem peccatorum uencialium, tertio, quantum ad reditum peccatorum dimissorum, quarto

Ar. prae.

1.2. q. 65. a. 1.

D. 1177.

1.2. q. 112. a. 1. & 2.

D. 1018.

q. 66. art. 4.

1.2. q. 113. ar. 7. & 8. & 9. 65. ar. 3. & 2.